



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

57 Gravatus in uno, in alio debet relevari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

quod proprietas est allibrata, & catastra-  
ta ex supra deductis, nec in venditione  
census ad formam ejusdem constitutio-  
nis apponitur pactum, quod videntes te-  
neatur ad onera, sed venditum cum pacto  
redimendi quandocunque, qui remanet  
domini fundi cum utili, & directo do-  
minio, non solvit onera contra naturam  
contractus nec contra formam constitutio-  
nis Pij V. Navarr. in cons. ult. num: 2.  
lib: 3. par: 2. de censib: quia possessores  
prædiorum tenentur ad onerum solu-  
tionem, l: fin: C: sine cen: vel reliq. Bart. in l: 5  
1. in princip: C: de ann: & trib: & Crav. in  
cons: 145. nu: 21. par: 1. Cum enim nec  
fructus, nec res transeat in emptorem,  
nec onus rei, vel fructum debet in illum  
transire, sed apud venditorem, &  
possidentem remanere, quia res sequitur  
possidentem, & onera sequuntur rem,<sup>57</sup>

Licet & ibi etiam glo: de cens: l: rescrip-  
to, & sciendum ff: de muner: & honor. & 58  
post plures alios, quos citat Cravet. in  
cons: 217: num: 5. & in terminis censu:  
ita fuit decisum à Senatu Pedamontano,  
de anno 1601. attenta præsertim in hoc  
casu consuetudine, quæ est servanda ex  
supra deductis.

<sup>59</sup> Licet & enim à communiter acciden-  
tibus videatur, quod redditus bonorum  
stabilium non ascendant, deductis one-  
ribus, ad septem pro centenario, non  
potest dari certa taxa, quam, nec Papa  
in dicta constitutione dare voluit, quia  
fructus bonorum non consistunt in  
puncto indivisibili, ut supra deduxi, &  
emptor census plura patitur in  
commoda contra naturam contractu:  
emptionum aliorum bonorum stabili-  
um, quia, & si in maximam labitur nec

sitate, non potest pretium census repe-  
tere, & licet possit censem alteri personæ  
vendere, pluries tamen non reperiuntur  
emptores, vel longè minoris vendere  
cogit, & prædiorum pretia, ut experien-  
tia docet, ferè semper augentur, ultra  
alia corporis, & animi commoda, quæ  
domini prædiorum percipere solent, &  
venditor quandocunque pecuniam resti-  
tuere, & censem redimere potest, quæ  
incommoda maxima sunt estimationis,  
& adeò quod propterea pactum de retro-  
vendendo rem minoris valoris efficit,  
Abb, in cap: ad nostram num: 9. in fin: de  
empt: & vend: & quartam, vel ampliorem  
pretii partem per tale pactum minui,  
tenet Navar. in c: 17. numer: 248. & Graff.  
decis: aur: par 1. lib. 2: 6: 1. 7. numer: 2. &  
est & juri consonum, quod gravatus in  
vno, in alio relevetur Bar: in l: eum qui  
numer: 1. ff: de jurejurand.

Præmissis igitur & consideratis super  
fundo valoris mille, anni vero redditus  
quinquaginta, qui respondeant ad quin-  
que pro centenario poterit imponi cen-  
sus cum pacto de retrovendendo ad ra-  
tionem septem, quia illa quinque minus  
valent emptori, qui non emit nisi censu:  
non autem, rei substantia, ex quo dat mi-  
nus pro eis, quam valeant venditori, qui  
similiter habet dominium rei. Card: Tolet  
in instructi sacerd.lib: 5. c. 47. vers. secundò ut  
sint, circa fin: quia pactum de retroven-  
dendo rem minoris valoris efficit etiam  
usq; ad quartam, vel ampliorem partem  
pretii, ut tenet Navar. & Graff. supraci-  
tati, si vero fundus totus non reddit ultra  
quindicim, non poterit super eo imponi  
census annuus viginti & quia censu:  
fructus, qui percipiuntur ex prædio,

excc-